et fácta sunt : ípse dí-xit : tól-le, lé-ge : tól-le, lé-ge ;



et sta- tim ómnes dubi-ta-ti-ó-nis ténebrae diffugé-runt,



al-le-lú-ia. E u o u a e.

Capitulum.

*Prov. 1, 8-9.*


**A**Udi, fili mi, disciplinam patris | tris tuae, \* ut addatur grátia capít-  
tui, † et ne dimittas legem ma- | tuo, et torques collo tuo.

Hymn.

8.

**O**


feminá-rum gló-ri-a, Auré-li-i pu-ér-pe-ra!



Mánant tú-is de flé-tibus Be-áta nó-bis gáudi-a. 2. Gém-mis




tu-ó-rum lú-minum Non gém-ma fúl-get púl-chri-or, Ad usque




mú-ndi tér-minos A só-lis ó-rtus cá-rdine. 3. Pangá-mus ergo hy-




mnódi-am Laétis refértam vó-cibus : Matrémque adórans



íncli-tam, Exsúltet ór-bis gáudi-is. 4. Advérsus hóstem fí-




li-os Ad bélla máter ínstru-at; Sequámur et nos fémi-



nam Fórtém vi-rí-li péctore. 5. Jé-su, tibi sit gló-ri-a,



Pátrique cum Pará-clip-to : Sis ípse pálma et láure-a, Dé-us



tu-ó-rum mí-li-tum. Amen.


Ÿ. Ora pro nobis, beáta Máter Mónica, allelúia.

Ź. Ut digni efficiámur promissionibus Christi, allelúia.


Ad Bened.  
Ant. 1. D

**F**

Lé-bat \* ubérrimis lácrimis, ut vi-si-táret



Dé-us fí-li-um ó-ri-ens ex álto et illuminá-ret é-um,



qui in ténebris et in úmbra mórtis sedébat, alle-lú-ia.



E u o u a e.


*Oratio ut supra, (52).*

## AD TERTIAM.


*Capitulum. Audi, fili mi. ut supra ad Laudes, (54).*



**Q** UI séminant in lácrimis, \* Alle-lú-ia, alle-lú-ia.



Y. In exsulta-ti-óne métent. Gló-ri-a Pátri, et Fí-li-o,



et Spi-rí-tu-i Sáncto.


Y. Eúntes íbant et flébant, mitténtes sémina súa, allelúia.

R. Veniéntes autem vénient cum exsultatióne, portántes manipulos súos, allelúia.


## AD MISSAM.



**G** Aude- ámus \* ómnes in Dó- mi- no, dí-em fé-




stum ce-le-brántes sub honó- re be-átae Móni-cae, de




cújus sol-emni-tá- te gáudent Ange- li et col-



láu- dant Fí- li- um Dé- i, alle-lú- ia, alle-



lú- ia. Ps. Eructávit cor mé-um vérbum bónum, \* dí-co



égo ópera mé-a Ré- gi. Gló-ri-a Pátri. E u o u a e.

## Oratio.

**D**Eus, maeréntium consolátor et in te sperántium salus, qui beátae Matris Mónicae piás lacrimas in conversióne filii sui Augustini misericórditer suscepisti : † da nobis, utriúsque intervéntu, peccáta nostra deploráre, \* et grátiae tuae indulgéntiam inveníre. Per Dñum.

Lectio libri Sapientiae. *Eccli. 26. 16-24.*

**G**Rátia mulieris sédulae delectábit virum suum et ossa illius impinguábit. Disciplina illius, datum Dei est. Múlier sensáta et tácita non est immutatio eruditae ánimae. Grátia super grátiam, múlier sancta et pudoráta. Omnis autem ponderátio non est digna continéndo ánimae. Sicut sol oriens mundo in altissimis Dei, sic mulieris bonae species in ornáméntum domus ejus. Lucérna spléndens super candelábrum sanctum, et species faciéi super aetátem stábilem. Colúmnæ áureae super bases argénteas, et pedes firmi super plantas stábilis mulieris. Fundaménta aetérna super petram sólídám, et mandáta Dei in corde mulieris sanctae.

1.

A

Lle-lú-ia. \* ij.

V. Cum és- sent apud O-sti- a Tibe- rí- na Augustí- nus

et Mó- ní-ca, má-ter éjus devo-tíssima, colloquebántur

só- li valde dúlci- ter de ví- ta aetér- na sanctorum,

e-ri- gentes se ardenti- ó-re affé- ctu \* in íp-

sam.

7.  
A

Lle- lú- ia. \*

V. Marga-rí-ta paradí- si Mó-ni-ca, Au-

gústinus quasi cae-lé- stis carbúncu-lus cúncta cor-

po-rá-li grá- du transcén- dens, raptim at-

tigé-runt, tó- to í-ctu cór- dis, re- gi- ó- nem

ubertá- tis, inde-fi-ci- én-tis fón- tis vítae

\* ae- tér- nae.

*Offertorium.* Diffusa est gratia. e *Missa.* Me expectaverunt. de *Communi Virg. et Mart. 2. loco.*

Secreta.

**B**enedictione tua copiosa, quaesumus, Domine, haec munera sanctifica, quae in solemnitate beatae Mónicae tibi suis precibus et lacrimis Patritium virum suum lucratae offerimus: ut per eam, vinculis peccatorum nostrorum absolutis, vita nostra inter adversa et prospera ubique dirigatur. Per Dominum nostrum.

*Communio.* Feci iudicium. e *Missa.* Me expectaverunt. de *Communi Virg. et Mart. 2. loco.*



## Postcommunio.

**O**mnipotens sempiternus Deus, qui, precibus famulae tuae Mónica exoratus, filium Augustinum sacro baptismatis fonte purificasti: † da, quaesumus; ut cujus sollemnia veneramur, \* ejus patrocinio a malis imminetibus liberemur. Per Dominum.

## AD SEXTAM.

## Capitulum.

*Prov. 4, 3-4.*

**N**am et ego filius fui patris mei, tenellus, et unigenitus coram matre mea; † et docebat me, atque dicebat: \* Suscipiat verba mea cor tuum, custodi praeccepta mea, et vives.

R. br.

E

- untes ibant et flebant, mittentes semina sua, \*

Alle-luia, alle-luia. V. Venientes autem venient cum

exultatione, portantes manipulos suos. Gloria Patri.

V. Exaudivit Dominus vocem fletus mei, alleluia.

R. Dominus orationem meam suscepit, alleluia.

## AD NONAM.

## Capitulum.

*Prov. 6, 20-22.*

**C**onserva, fili mi, praeccepta patris tui, et ne dimittas legem matris tuae: † liga ea in corde tuo jugiter, et circumda gutturi tuo. \* Cum ambulaveris, gradiantur tecum: cum dormieris, custodiant te; et evigilas loquere cum eis.

R. br.

E

Xaudivit Dominus vocem fletus mei; \* Alle-

luia, alle-luia. V. Dominus orationem meam suscepit.

Gloria Patri.

V. Convertisti plañctum meum in gaudium mihi, alleluia.

R. Conscidisti saccum meum, et circumdedisti me laetitia, alleluia.

## IN II. VESPERIS.

*Omnia ut in I. Vesperis, praeter :*

Ad Magnif.

Ant. 2. D

**B**

E-á-tam me dí-cent \* ómnes gene-ra-ti-ó-

nes, qui-a fé-cit mí-hi mágna qui pótens est, qui-a fi-li-o

mé-o dí-xit : Tól-le, lé-ge, tól-le, lé-ge, alle-lú-ia.

E u o u a e.

## 5. In Conversione S. P. N. Augustini.

*Quando I. Vesperae dicendae sint integrae, Antiphonae et Capitulum de Laudibus, Psalmi ut in I. Vesp. de Comm. Apostolorum.*

Hymn.

8.

**A**

AM sú-o tandem sa-ti-áta vóto Gáude-at má-ter,

vide-átque ná-tum, Quem pri-us múndo gé-nu-it, renátum

Flúmine sácro. 2. Gáude-at caé-lum, qui-a só-le tánto Fúl-

gidum, tántis mé-ri-tis corúscat : Gáude-at tél-lus, qui-a tam

poténti Fúlta colúmna. 3. Tu párens nóstros mí-seré-re  
 cásus, Admove déxtram pópulo cadénti, Neve grassé-tur,  
 cohibé-to súmmi Núminis í-ram. 4. Laus Pátri súmmo,  
 Geni-tóque semper; Quíque procé-dis sím-ul ex utróque,  
 Spí-ri-tus Sánctus, Dé-us únus í-dem, Laus tí-bi semper.

Amen.

Ÿ. Amávit éum Dóminus et ornávit éum, allelúia.

℞. Stólam glóriæ induit éum, allelúia.

Ad Magnif.

Ant. 2. D

**A** Ugústí-ni \* má-ter devo-tíssima, quem cárne  
 pri-us pepé-re-rat múndo, ca-ri-tá-tis viscé-ri-bus póstmó-  
 dum, múlto sé-mi-ne la-crimárum, gé-nu-it Chrísto, alle-  
 lú-ia. E u o u a e.

*Oratio ut infra ad Laudes, (63).*

## AD LAUDES ET PER HORAS.

*Omnia ut in Festo, die 28. Augusti, praeter sequentia :*

Hymn.

7.  
**T**

OT lacrimárum fí-li-us, Maéstae paréntis gáu-

di-um, Doló-ris íctus cúspi-de, Fit ca-ri-tá-tis víctima.

2. Quem mátris álvus é-didit, Tunc é-di-dit misérri-mum :

Fe-li-ci-ó-rem dénu-o Cor vulnerá-tum pártu-rit. 3. In la-

crimárum flúctibus Defórme mónstrum mérgi-tur, Ut in-

novátum próde-at Exín-de formosíssimum. 4. Flétus re-


dúndans éfflu-it, Púlchri doló-ris fí-li-us, Foédis lavácrum

sórdi-bus, Cordísque plágis bálsamum. 5. Geméntis o

pu-érperae Fé-lix dól-or! foecúndi-tas O lacrimárum,



gáudi- a Quot gr̄gnis ún̄o in fí-li-o! 6. Dé-o Pátri sit



gló-ri- a, et Fí-li- o, qui a mórtu- is Surréxit, ac Pará-



cli- to, In sempí- térna saécú- la. Amen.

Ÿ. Ora pro nóbis, beáte Páter Augustíne, allelúia.

Ÿ. Ut digni efficiámur promissionibus Christi, allelúia.

Ad Bened.  
Ant. 1. g




**I**mmí- sit Dóminus \* in méntem Augustí-



ni, ut pérgeret ad Simpli- ci- ánum, qui é- i bónus



apparébat sérvus Dé- i, et lucébat in é- o grá- ti- a di-



ví- na, alle- lú- ia. E u o u a e.

*Oratio.* Deus qui nos. *ut infra.*

*Missá.* In médio de *Comm. Doct. praeter sequentia :*

*Oratio.*

**D**eus, qui nos beáti Patris nostri Augustíni Conversiónis mirá- bilis ánnua commemoratióne lactí- ficas : † ipsíus méritis et intercessió- ne concéde ; \* ut, a peccátis ómni- bus solúti, júgiter tibi famulémur, et ad vitam perveniámus aetérnam. Per Dóminum.

*Epístola.* Ecce sacérdos magnus et Allelúia. Ÿ. Augustine, lux doctó- rum. *ut in die Solemnitatis, 28. Augusti.*

## † Sequentia sancti Evangelii secundum Matthaëum.

*Matth. 19, 21-26.*

**I**n illo tempore : Dixit Jesus adoléscenti : Si vis perfectus esse, vade, vende quae habes et da pauperibus, et habebis thesaurum in caelo; et veni, sequere me. Cum audisset autem adoléscentis verbum, abiit tristis; erat enim habens multas possessiones. Jesus autem dixit discipulis suis : Amen dico vobis, quia dives difficile intrabit in regnum caelorum. Et iterum dico vobis : Facilius est camelum per foramen acus transire, quam divitem intrare in regnum caelorum. Auditis autem his, discipuli mirabantur valde, dicentes : Quis ergo poterit salvus esse? Aspiciens autem Jesus, dixit illis : Apud homines hoc impossibile est; apud Deum autem omnia possibilia sunt.

Secreta.

**S**ancti Augustini Confessoris tui atque Pontificis, quaesumus, Domine, annua Conversionis sollemnitas pietati tuae nos reddat acceptos : ut, per haec piaee placationis officia, et illum beata retributio comitetur, et nobis gratiae tuae dona conciliet. Per Dominum.

Postcommunio.

**D**eus, qui ineffabili providentia beatum Patrem Augustinum ab errorum tenebris ad lucem Evangelicae veritatis adduxisti : † da nobis, quaesumus; ut qui ejus hodie Conversionem colimus, \* eodem precante, dona tuae gratiae sentiamus. Per Dominum.

*In II. Vesperis omnia ut in I. praeter :*

V. Ora pro nobis, beate Pater Augustine, alleluia.

R. Ut digni efficiamur promissionibus Christi, alleluia.

## 10. B. Nicolai Albergati, Ep. et Conf.

*De Communi Confessoris Pontificis.***Missa.** Sacerdotes tui. *de eodem 2. loco.*

## 11. B. Gregorii Celli, Conf.

*De Communi Confessoris non Pontificis.***Missa.** Os iusti. *de eodem 1. loco.*

Oratio.

**C**oncède, quaesumus, omnipotens Deus : † ut, sicut beatus Gregorius Confessor tuus, longitudine dierum repletus, perseveranter in tua sancta voluntate famulatum ostendit; \* ita nos, ejus intercessione, tibi semper debitae servitutis officium praestare valeamus. Per Dominum.

## 12. B. Joannis Stonei, Mart.

*De Communi Martyris, T. P.***Missa.** Protexisti. *de eodem.*

## Oratio.

**C**oncède, quaesumus, omnipotens Deus : † ut, sicut beatus Joannes pro tuenda Ecclesiae unitate, carnificum tormenta non timuit ; \* ita nos, ejus imitatione et exemplo, pro verae fidei confessione etiam sanguinem fundere parati esse valeamus. Per Dominum.

## Secreta.

**H**aec sacra mysteria celebrantes, te supplices, Domine, quaesumus ; ut, post beati Joannis vestigia gradiētes, pro justitia et veritate ad mortem usque decertare mereamur. Per Dominum.

## Postcommunio.

**S**acramenta, quae sumpsimus, Domine, illo nos spiritu fortitudinis communiānt ; † quo beatus Joannes roboratus, \* ad martyrii palmam gloriosus pervenit. Per Dominum.

## 13. B. M. Virg. de Succursu.

*Omnia de Communi Festorum B. Mariae Virginis. T. P.*

**Missa.** Salve. *ritu Paschali.*

## Oratio.

**O**mnipotens et misericors Deus, qui ad succurrendum humano generi Beatam Virginem Mariam unigeniti Filii tui Matrem esse voluisti : † da nobis, quaesumus ; ut, ea intercedente, \* diabólica vitare contagia et sincera tibi mente servire valeamus. Per Dominum.

## 16. S. Possidii, Ep. et Conf.

*De Communi Confessoris Pontificis.*

**Missa.** Sacerdotes tui. *de eodem 2. loco.*

## 18. B. Guilelmi a Tolosa, Conf.

*De Communi Confessoris non Pontificis.*

**Missa.** Os justii. *de eodem 1. loco.*

## Oratio.

**D**eus, tuorum remunerator servorum, qui beatum Guilelmum eximio in animarum salute procuranda zelo decorasti : † concede, quaesumus ; ut ejus intercessione a tuo servitio numquam cessemus in terris, \* et plenam a te mercedem recipiamus in caelis. Per Dominum.

## Secreta.

**O**blata, Domine, sacri dona mysterii beati Guilelmi Confessoris tui meritis et suffragiis accepta tibi reddantur, et in nobis divinae virtutis effectum operentur. Per Dominum.

## Postcommunio.

**D**a nobis, quaesumus, Domine, pane caelesti roboratis : † ut intercedente beato Guilelmo Confessore tuo ; \* debitaе servitutis officium jugiter tibi praestemus. Per Dominum.

## 19. B. Augustini Novelli, Conf.

*De Communi Confessoris non Pontificis.*Missa. Os jústi. *de eodem 1. loco.*

Oratio.

**D**eus, qui supérbis resistis, humilibus autem das grátiam: † concéde, quaésumus, nobis, intercedénte beáto Augustino Confessóre tuo, supérbe non sápere; \* sed ad te verum Deum humíliter gradiéndo pervenire. Per Dóminum.

## 21. B. Magdalénæ Albriciae, Virg.

*De Communi Virginum.*Missa. Dilexísti. *de eodem 3. loco.*

Oratio.

**D**eus, virginitátis amátor, qui beátam Magdalénam Virgínam tuam, salutíferae passiónis ac mortis Jesu Christi Filii tui stúdio succénsam, caeléstibus donis affluénter replevísti; † da quaésumus; ut, cujus festum celebrámus, \* puritátem et caritátem imitémur. Per eúndem Dóminum.

Secreta.

**S**Acra dona mystérii tibi, Dómine, reverénter offerimus: et méritis et intercessióne, salutária nobis semper fore concéde. Per beátæ Magdalénæ Virgínis tuæ Dóminum.

Postcommunio.

**C**Aelésti dape reféctis concéde, tua cruciátus sic pie sempérque re quaésumus, omnipotens Deus, † colámus; \* ut gáudiis tandem pèrfrui mereámur. Per eúndem Dóminum.

## 22. In Festivitate S. Ritae a Cassia, Viduae.

IN I. VESPERIS.

*Antiphonae, Capitulum, Hymnus et Versiculus ut in II. Vesperis.*Ad Magnif.  
Ant. 1. f**F**

Ulcí-te me fló-ribus, \* stipáte me má-lis, qui-a

amó-re lángue-o, alle-lú-ia. E u o u a e.

*Oratio ut infra, (70).*



## AD LAUDES.

*Antiphonae et Capitulum ut in II. Vesperis, (75).*

Hymn.

4.

I

N-táctae adé-ste, vírgines, Adéste, cástae conju-

ges; Téllus et á-stra pérsonent Rí-tae meréntis láudibus.

2. Cór-pus dómat je-júni-is, Cárnem fla-géllis cónte-rit,

Christi do-ló-ri cóndo-lens, Nóctes di-ésque tránsi-git.


3. Spí-na supér-ne caéditur, Ró-sis vi-rétum púr-purat, Ar-

bústa fí-cus pró-ferunt Ad vó-ta Rítæ pró-tinus. 4. Qua

scándit ípsa ad aéthera, Hac í-re vos ómnes dócet Júnctae

jugá-li vínculo, et vos, solútae cónjuges. 5. Sit laus

Pátri, laus Fí-li-o, Tibíque Sáncte Spí-ri-tus : Rí-ta pre-



cán- te, sérvu- lis Aetérna déntur gáudi- a. Amen.


℣. Praevenísti éam, Dómine, in benedictiónibus dulcédinis, allelúia.  
℞. Posuísti in cápite éjus corónam de lápide pretiósio, allelúia.

Ad Bened.


Ant. 7. a

**F**

I- cus \* prótu- lit gróssos sú- os : víne- ae florén-



tes de- dérunt odó- rem sú- um : súrge, amí- ca mé- a, spe-



ci- ó- sa mé- a et vé- ni. *T. P.* Alle- lú- ia. E u o u a e.

AD TERTIAM.


*Ant.* En ípse stat. *Capitulum* Ego flos campi *ut in II. Vesperis.*

Tempore Paschali.


℞. br.

**L**

Aéva é- jus sub cá- pi- te mé- o, \* Alle- lú- ia, alle-



lú- ia. ℣. Et déxte- ra illí- us amplexá- bitur me. Gló- ri- a




Pátri, et Fí- li- o, et Spi- rí- tu- i Sáncto.

Extra Tempus Paschale.

℞. br.


**L**

Aéva é- jus \* Sub cá- pi- te mé- o. ℣. Et déxte- ra





illí-us amplexábi-tur me. Gló-ri-a Pátri, et Fí-li-o,




et Spi-rí-tu-i Sáncto.

Y. Sub úmbra illius, quem desideráveram, sédi. (*T. P. Allelúia*).

R̄. Et frúctus éjus dúlcis gútturi méo. (*T. P. Allelúia*).


AD MISSAM.

Intr.  
3.



**A**


- pe-rí-te \* mí- hi pór-tas justí-ti-ae, in-




grés-sus in é- as confi-té- bor Dó- mi-no : lá-pi-




dem, quem reprobavérunt aedi- ficán- tes, \* hic fá- ctus




est in cá- put án-gu- li. *T. P. Alle-lú-ia, alle-*



lú- ia. *Ps. Confi-témini Dómino quóni- am bó-nus, \**



quóni- am in saécu-lum mi-se-ri-cór-di- a éjus. Gló-ri- a Pá-



tri. E u o u a e.

## Oratio.

**D**Eus, qui sanctae Ritae tantam gratiam conférre dignátus es, ut inimicos diligeret et in corde ac fronte caritátis et passiónis tuae signa portáret : † da nobis, quaesu-

mus, ejus intercessióne et méritis; inimicis nostris sic párcere et passiónis tuae dolóres contemplári, \* ut promissa mítibus ac lugéntibus praemia consequámur : Qui vivis.

Lectio libri Sapientiae. *Cant. 2, 1-13.*

**E**GO flos campi et lílium convá-  
lílium. Sicut lílium inter spinas,  
sic amica mea inter filias. Sicut  
malus inter ligna silvárum, sic dí-  
léctus meus inter filios. Sub umbra  
illíus, quem desideráveram, sedi :  
et fructus ejus dulcis gútturi meo.  
Introdúxit me in cellam vináriam,  
ordinávit in me caritátem. Fulcíte  
me flóribus, stipáte me malis : quia  
amóre lángueo. Laeva ejus sub cá-  
pite meo et dextera illíus amplexá-  
bitur me. Adjúro vos, filiae Jerú-  
salem, per cápreas, cervósque cam-  
pórum, ne suscitétis, neque evigi-  
láre faciátis díléctam, quoadúsque  
ipsa velit. Vox dílécti mei, ecce


iste venit sáliens in móntibus, tran-  
siliens colles, similis est díléctus  
meus cápreae hinnulóque cervó-  
rum : en ipse stat post parietem  
nostrum, respiciens per fenéstas,  
prospiciens per cancellos. En dí-  
léctus meus loquitur mihi : Surge,  
própera, amica mea, colúmba mea,  
formósa mea et veni. Jam enim  
hiems tránsiit : imber ábiit et re-  
cécit. Flores apparuérunt in terra  
nostra : tempus putatiónis advénit :  
vox túrturis audíta est in terra no-  
stra : ficus prótulit grossos suos :  
víneae floréntes dedérunt odórem  
suum. Surge, amica mea, speciósa  
mea, et veni.

*Tempore Paschali.*


7.

**A**

L-le- lú- ia. \* ij.




V. Quasi páлма exaltáta sum in



Cá- des, et qua- si plantá- ti- o



ró- sac \* in Jé- richo.



2.

**A**

L-le- lú-ia. \*



V. Sic- ut cinnamó- mum et bál- sa-




mum aroma- tí-zans odó- rem dé- di: qua- si



mýrrha e- lécta dé-di su-a-vi-tá-



tem \* o- dó-ris.


*Extra Tempus Paschale.*

Grad.



1.

**D**




O- minus \* mí- hi ad- jú-



tor, non tímé- bo quid fá-ci-at



7.

**A**Lle- lú-ia. \* *ij.*



\* Je- rú-sa-lem.

*In Missis votivis post Septuagesimam, omissis Allelúia et Versu sequenti, dicitur Tractus Veni, Spónsa Christi. ex Missa Cognóvi. de Communi non Virgínum. 2. loco.*


*Evangelium. Simile est regnum caelórum thesauro abscondito in agro. ex Missa Me expectavérunt. de Comm. Virg. 2. loco.*

Offert.


5.

V

I-dé- bam \* co- ram me ví-




tem, in qua é- rant tres pro- pá-



gi- nes, cré- sce- re paulá- tim in gém- mas, et post



fló- res ú- vas ma- tu- réscé- re.



T. P. Alle- lú- ia.

Secreta.


**C**ORDA nostra, quaesumus, Dómi- rati, sacrificáre tibi hóstiám laudis  
ne, sanctae Ritae méritis, su- pura mente valeámus. Per Dó-  
pérni dolóris spina confige: ut, a minum.  
peccátis ómnibus tua grátia libe-

Comm.


6.

P

Raevení-sti é- am, \* Dó- mine, in bene-di-



cti- ó- ni- bus dulcé- dinis: posu- í- sti in cá- pi- te



*T. P.* Alle- lú- ia.

Postcommunio.

**C**Aeléstibus, Dómine, pasti delí- | nostris signa ferámus, \* et perpé-  
ciis, súpplices te rogámus: † | tuae pacis fructu júgiter perfruá-  
ut, intercedente sancta Rita, cari- | mur. Per Dóminum.  
tátis et passiónis tuae in méntibus |

AD SEXTAM.

Capitulum.


*Cant. 7, 12.*

**M**Ane surgámus ad véneas; † vi- | flores fructus partúriunt; \* si flo-  
deámus, si florúerit vénea, si | ruérunt mala púnica.

Tempore Paschali.



**S**UB úmbra illí- us, quem de- siderá- ve- ram, sé- di,




\* Alle- lú- ia, alle- lú- ia. V. Et frúctus é- jus dúlcis gúttu- ri




mé- o. Gló- ri- a Pátri.

Extra Tempus Paschale.



**S**UB úmbra illí- us, \* Quem de- siderá- ve- ram, sé- di.



V. Et frúctus é- jus dúlcis gúttu- ri mé- o. Gló- ri- a Pátri.

V. Sicut málus inter ligna silvárum. (*T. P.* Allelúia).

R. Sic diléctus méus inter filias (*T. P.* Allelúia).



## AD NONAM.

Capitulum.

Cant. 8, 7.

**A**quae multae non potuerunt ex-  
stinguere caritatem, nec flumi-  
na obruent illam : † si dederit ho-  
mo omnem substantiam domus  
suae pro dilectione, \* quasi nihil  
despiciet eam.

Tempore Paschali.

R. br.

**S**

Icut má-lus inter lígna silvárum, \* Alle-lú-ia, alle-

lú-ia. V. Sic di-léctus mé-us inter fí-li-as. Gló-ri-a Pátri.

Extra Tempus Paschale.

R. br.

**S**

Icut má-lus \* Inter lígna silvá-rum. V. Sic di-lé-

ctus mé-us inter fí-li-as. Gló-ri-a Pátri.

V. Praevenisti eam, Domine, in benedictionibus dulcedinis. (T. P. Allelúia).

R. Posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso. (T. P. Allelúia).

## IN II. VESPERIS.


*Psalmi.* 1. Dixit Dominus. 4. E. — 2. Laudate pueri. 8. c. — 3. Laetatus sum. 7. a. — 4. Nisi Dominus. 7. b. — 5. Lauda Jerusalem. 3. a.

1. Ant.


**V**

OX di-lécti mé-i, \* ecce iste vé-nit sá-li-ens in

móntibus, transí-li-ens cól-les : sí-mi-lis est di-léctus mé-us.



cápre-ae hinnu-lóque cer-vó-rum. *T. P.* Alle-lú-ia.




*E u o u a e.*

2. Ant.


8. c

€

*N* ípse stat \* post pa-rí-e-tem



nóstrum, respí-ci-ens per fenéstras, prospí-ci-ens per can-



cél-los. *T. P.* Alle-lú-ia. *E u o u a e.*

3. Ant.

7. a

€


*N* di-lé-



ctus mé-us \* lóqui-tur mí-hi : Súrge, pró-pe-ra, amí-ca



mé-a, formó-sa mé-a, et vé-ni. *T. P.* Alle-lú-ia.




*E u o u a e.*

4. Ant.


7. b

V

*E*ní-te \* et vidé-te ópe-ra



Dómini, quae pó-su-it prodí-gi-a super térram. *T. P.* Alle-




lú-ia. *E u o u a e.*

5. Ant.

3. a

O

-dor \* vestimentó-rum tu-ó-



rum, sicut ódor thú-ris. *T. P.* Alle-lú-ia. *E u o u a e.*

## Capitulum.

*Cant. 2, 1-2 et 11-12.*

EGO flos campi, et liliū convál- | Jam hiems tránsiit, imber ábiit et  
 liliū : † Sicut líliū inter spi- | recéssit : flores apparuérunt in terra  
 nas, sic amica mea inter filias. \* | nostra.

Hymn.  
 4.  
**S** O-lis oblíquum per-agrá-ta gýrum Lux ádest hý-

mnis reco-lénda laétis, Quae fú-it Rítæ mé-ri-tis vetústo

Mó-re di-cá-ta. 2. Pró-dit ut primum genitrí-cis álvo, Agmen


Hyblaéum vó-li-tat per ó-ra, Ut locutú-ram dó-ce-at pu-él-

lam Mélle-a vérba. 3. Cónjugis saévi re-so-lú-ta vínclis,

Vír-gines inter Dómino di-cátas Optat adscrí-bi; vídu-am

sed árcent Límine sáncto. 4. Cómpos at vó-ti dú-cibus su-

pérnis, Dum crúci affíxum Dóminum precá-tur, Caédi-tur



spína : simul illa lánguet Sáuci-a fróntem. 5. Dum rígent




brúmae, ró-sa véna fló-ret Ad sú-os nú-tus, gemínosque




fí-ci Pró-fe-runt frúctus : cé-lebrant stupéntes Mónstra so-



ró-res. 6. Illa jam pérgit rú-ti-lans ad ástra : Pláudit Hi-




spánus, Pádus, Indus, UMBER, Córpus intáctum réco-lens



quotánnis Súpplíce vó-to. 7. Trí-ni-tas ómni ce-lebré-tur



aévo, Quam fídes trínium dó-cet éssé, et únium Númen, et



Rí-ta trí-bu-at precánte Prós-pe-ra cúncta. A-men.

℣. Signásti, Dómine, fámulam túam Rítam. (T. P. Allelúia).

℞. Signo caritátis et passiónis túae. (T. P. Allelúia).

Ad Magnif.

Ant. 6. F

**E**

gre-dí-mini \* et vidé-te, fí-li-ae Sí-on, Rí-



tam in di- adéma-te, quo coronávit é- am Chrí- stus in  
 dí- e desponsa-ti- ónis il-lí- us, et in dí- e laetí- ti- ae  
 córdis é- jus. *T. P.* Alle-lú- ia. E u o u a e.

## 24. B. Philippi a Placentia, Conf.

*De Communi Confessoris non Pontificis.*

*Missa. Os jústi. de eodem l. loco.*

Oratio.

**M**entibus nostris, quaesumus, semper rationabilia meditantes, \*  
 Dómine, intercedente beato quae tibi sunt placita et dictis exse-  
 Philippo Confessore tuo, orationis quámur et factis. Per Dóminum.  
 spíritum benígnus infúnde : \* ut,

## FESTA JUNII.

### 1. B. Mariae Virginis de Gratia.

*Omnia de Communi Festorum B. M. V., praeter ea quae hic habentur propria.*

IN UTRISQUE VESPERIS.


*V.* Ave, María, grátia pléna. (*T. P.* Allelúia).

*R.* Dóminus técum. (*T. P.* Allelúia).

Ad Magnif. 

Ant. 1. f **O** be-á-ta \* vír-go Ma-rí-a, tu vé-ni-ae vé-na,  
 tu grá-ti-ae Má-ter, tu spes mún-di, exáu-di fí-li-os





tú- os clamán-tes ad te. *T. P.* Alle-lú- ia. E u o u a e.

## Oratio.


**D**Eus, qui humano géneri beatae appellámus in terris, \* ejus felici  
 Mariæ virginitáte foecúnda re- consórtio perénniter perfruámur in  
 paratiónis grátiam contulisti : † caelis. Per Dóminum.  
 concéde ; ut quam grátiae Matrem

## AD MISSAM.


Intr.

2.


V



Ultum tú- um \* depreca-búntur ó-mnes dí-




vi- tes plé- bis : addu-céntur ré-gi vírgi- nes post




é- am : pró- ximae é- jus affe- réntur tí-bi in lae-



tí-ti- a et exsulta-ti- ó-ne. *T. P.* Alle-lú- ia,



alle- lú- ia. *Ps.* Eructávit cor mé- um vérbum bónum : \*



dí- co égo ópe- ra mé- a ré- gi. Gló- ri- a Pátri.



E u o u a e.

*Reliqua de Communi.*

## 2. B. Ferdinandi a S. Josepho, Mart.

*De Comm. Mart. Tempore Paschali, vel unius Mart. extra T. P.*

**Missa.** Protexisti. aut In virtute. *prout tempus exigit.*

Oratio.

**D**A nobis, quaesumus, omnipotens Deus, adversa mundi invicta mentis constantia tolerare: † qui beatum Ferdinandum nec minis terreri, \* nec capitis obtruncatione passus es superari. Per Dominum.

† Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem.

*Joann. 12, 24-26.*

**I**N illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Amen, amen dico vobis, nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet; si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. Qui amat animam suam, perdet eam; et qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam aeternam custodit eam. Si quis mihi ministrat, me sequatur: et ubi sum ego, illic et minister meus erit. Si quis mihi ministraverit, honorificabit eum Pater meus.

Secreta.

**M**Unerebus nostris, quaesumus, Domine, precibusque susceptis; et caelestibus nos munda mysteriis, et clementer exaudi. Per Dominum.

Postcommunio.

**D**A, quaesumus, Domine, Deus noster: † ut, sicut tuorum commemoratione Sanctorum temporali gratulamur officio; \* ita perpetuo laetemur aspectu. Per Dominum.

## 7. Canonizationis S. Nicolai a Tolentino, Conf.

*De Communi Confessoris non Pontificis.*

*In I. Vesperis. Ant. ad Magnif. Nicolaus. ut in II. Vesperis. X. Amavit. Oratio ut infra.*

AD LAUDES.

*Hymnus. Te canunt omnes. ut infra in Festivitate S. Nicolai die 10. Septembris.*


Ad Bened.

Ant. 2. D

**P**

Atris nostri Augustini \* morum et discipli-

nae, Nico-lá-us, To-lentí-ni decus, fú-it imi-tátor il-lú-



stris. *T. P.* Alle-lú-ia. E u o u a e.

## Oratio.

**C**oncède, quaesumus, omnipotens Deus: † ut Ecclesia tua, coruscet; \* ejus intercessione et meritis, perpetua pace atque unitate laetetur. Per Dominum, virtutum et miraculorum gloria

*Missa.* Dedit Dominus. *ut in Festivitate die 10. Septembris.*


## IN II. VESPERIS.

Hymn.

8.

**U**

Rbs alma summo Judice, Solenne dat spectacu-




lum, Dum Nicolai sanctitas Refertur inter caelites.



2. Centena terque illustrata Patrata fulgent thaumata,




Quae lingua blaesae edisserit Soluta divi munere.



3. Exorta ab annis schisma-ta Pelluntur ima ad tartara:




Graeci a Latinis dissiti Junguntur uno foedere. 4. Nam




sponsus est Ecclesiae, Quam stringit inter brachia, Fu-






túra plórat sánguinis Et dámna mún-di flé-tibus. 5. O




sponse cásti sánguinis, Sis praeco laéti núnti-i: Exstín-



gue bélli incé-ndi-a, Péstem famémque pélli-to. 6. Hoc te



precámur, Trí-ni-tas, Ex Pátre Vérbum, Cá-ri-tas: Per Ni-



co-lá-i gló-ri-am Largí-re pá-cis grá-ti-am. Amen.

Υ. Jústum dedúxit Dóminus per vías réctas. (T. P. Allelúia).


Ϝ. Et osténdit illi régnum Déi. (T. P. Allelúia).

Ad Magnif.


Ant. 1. f

**N**


Ico-lá-us \* vé-rus Christi páuper, vírgo a



Dé-o e-léctus, obedi-énti-am júgi-ter sérvans, Ere-mi-



tárum Ordinem sígnis et virtú-tibus de-co-rá-vit, T. P. Al-



le-lú-ia. E u o u a e.

*Oratio ut ad Laudes.*

## 12. S. Joannis a S. Facundo.

In II. Vesperis praecedentis Festi S. Barnabae Ap. fit Commemoratio sequentis :

Ant.  
5. a



**E** Xsultávit \* spí-ri-tus Jo-ánnis in Dé- o sa-lutá-ri  
sú-o, vídens in altá-ri gló-ri- am ma-jestá-tis é-jus.

T. P. Alle-lú- ia. E u o u a e.

Ÿ. Pósuit fines túos pácem. (T. P. Allelúia.)

R. Et ádipe fruménti sátiat te. (T. P. Allelúia.)

Oratio ut ad Laudes.

Sicubi tamen hoc Festum habeat I. Vesperas integras omnia, dicuntur ut in II. praeter Antiphonam ad Magnificat Exsultávit. ut supra.

## AD LAUDES.


Psalmus. 1. Dóminus regnávít. 1. f. — 2. Jubiláte Déo. 2. D. — 3. Deus, Déus méus. 4. A. — 4. Cant. Benedicite. 8. G. — 5. Laudáte Dóminum de caélis. 2. D.

1. Ant.  
1. f




**D** Ate gló-ri- am \* nó-mi-ni é-jus, le-vá-te sacri-fí-  
ci-um, et vení-te in conspéctu é-jus, et ado-ráte Dó-  
mi-num in decó-re sáncto. T. P. Alle-lú- ia. E u o u a e.


2. Ant.  
2. D



**G** Audi-um \* et laetí-ti- a inveni-é-tur in dómo



Dé- i, gra-ti-árum ácti-o, et vox láudis. *T. P.* Alle-lú-ia.




3. Ant.

4. A


E u o u a e.

**I**

N simpli-ci-tá-te córdis \* quaéri-te



Dóminum, quóni-am ápparet é- is, qui fídem hábent in



4. Ant.


8. G

íl-lum. *T. P.* Alle-lú-ia.


E u o u a e.

**B**


Ene-dí-



ctus Dé-us, \* qui e-lé-git nos in Christo, ut essémus sán-



cti et immaculá-ti in conspéctu é-jus in ca-ri-



5. Ant.


2. D

tá-te. *T. P.* Alle-lú-ia.

E u o u a e.

**J**


O-ánnes\*



testimóni-um pérhibet de Jé-su, quem íntu-ens in altá-



ri dí-cit: Ecce Agnus Dé- i, ecce qui tóllit peccá-ta



múndi. *T. P.* Alle-lú-ia.

E u o u a e.

## Capitulum.

1. Joann. 3, 13-14.

**N**olite mirari, fratres, si odit vos mundus. † Nos scimus quoniam | translati sumus de morte ad vitam,\*  
quoniam diligimus fratres.

Hymn.

7.  
**V**

Irtú-tis hé-ros má-xime, Córdis tribúta sólvi-mus;

Lí-tes resólvis cí-vi-um, Múndo qui-é-tem lárgi-ens.

2. Urbs pláude nunc Salmántina, Post tot sce-lésta fúne-

ra Méntis repél-lit nú-bi-la, Lú-is venéna cómprimit.


3. Hic est, sácro qui foéde-re Tú-as revínxit déxte-ras,

Ut sáncti amó-ris cúspi-de Cor vulne-rátum lángue-at.

4. Mágni Pa-réntis ór-dinem Tu-é-re, gérmen ínclý-tum,

Técum sodá-les pér-tra-hens, Commúne fac sit gáudi-um.

5. Nos te supérna póscimus, Trí-as, co-léntes ádju-va, Et



per Jo-ánnis gló-ri- am Aetérna cónfer praémi- a. Amen.


V. Fáctus est in páce lócus ejus. (T. P. Allelúia).

R̄. Et habitátió ejus in Sión. (T. P. Allelúia).


Ad Bened.  
Ant. 3. a 2

I

-pse est di-réctus \* di-ví-ni-tus in poeni-tén-



ti- am géntis, et tú- lit abomina- ti- ónem impi- e- tá- tis.



T. P. Alle- lú- ia. E u o u a e.

Oratio.

**D**Eus, auctor pacis et amátor caritátis, qui beátum Joánnem Confessórem tuum mirífica dissidentes componéndi grátia decorásti: † ejus méritis et intercessióne

concede; \* ut in caritáte divína firmáti, nullis tentatióibus ab ejus integritáte divellámur. Per Dóminum.

AD TERTIAM.

*Capitulum. Nolite mirári. ut supra, reliqua de Comuni.*


AD MISSAM.

Intr.


1.

E


-go autem \* in justí- ti- a ap- paré- bo con-




spé-ctu- i tú- o: sa- ti- á- bor, cum apparú- e- rit



gló-ri- a tú- a. T. P. Alle- lú- ia, alle- lú- ia.



Ps. Exáudi, Dómine, justí- ti- am mé- am: \* inténde depre-



ca-ti- ónem mé- am. Gló-ri-a Pátri. E u o u a e.

*Oratio.* Deus, auctor pacis. (87).

Lectio Epistolae beati Pauli Apostoli ad Romanos.

*Rom. 12, 16-21.*

**F**Ratres : Nolite esse prudentes apud vosmetipsos : nulli malum pro malo reddentes : providentes bona non tantum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus. Si fieri potest, quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes : non vosmetipsos defendentes, carissimi, sed date locum

iraе. Scriptum est enim : Mihi vindicta : ego retribuam, dicit Dominus. Sed si esurierit inimicus tuus, ciba illum : si sitit, potum da illi ; hoc enim faciens, carbones ignis congeres super caput ejus. Noli vinci a malo, sed vince in bono malum.

*Tempore Paschali.*


7.

**A**

L-le- lú-ia. \* ij.




Y. Magni- fi-



cá- vit é-um Dó- mi- nus in timó- re in-i-



mi-có- rum : et in vér- bis



sú- is mónstra \* pla-cávit.



6.

A

L-le-lú-ia. \*

V. In fí-de et le-ni-tá-

te ipsí-us sánctum fé-cit

íl-lum, et

e-lé-git é-um ex ó-mni

\* cár-ne.

*Extra Tempus Paschale.*

Grad.

1.

G


Lo-ri-ósus \* Dé-us in sán-ctis

sú-is : mí-rá-bi-lis

in ma-je-stá-te, fá-ci-ens

pro-dí-gi-a.

V. Déxte-ra tú-a,



Dó- mi- ne, glo- ri- ficá- ta  
est in virtú- te:  
déter- ra mánu- s tú- a  
confré- git \* ini- mí- cos.

7.

**A**L- le- lú- ia. \* *ij.*


V. Magni- fi-

cá- vit Dóminus sér- vum sú- um in timó- re

in-imi- có- rum : et in Vér-

bis sú- is mónstra \* pla- cávit.







*In Missis votivis post Septuagesimam omissis Allelúia et Versu sequenti, dicitur Tractus Beátus vir. de Communi Conf. non Pont.*

*Evangel. Diligite inimicos. ut in Festo B. Hieronymi a Recineto, (28).*


Offert.

2.


O




B-tu-lit \* thymi- á- ma : et, stans inter



mórtu- os ac vivén- tes, pro pó- pu- lo deprecátus



est, et plá- ga ces- sá- vit. *T. P. Al-*



le- lú- ia.


Secreta.

**N**ostias tibi, Dómine, placatiónis | Confessóre tuo, unitátis et pacis  
offérimus, humiliter deprecán- | propítius nobis dona concédas. Per  
tes : ut, intercedénte beáto Joánne | Dóminum.

Comm.

7.


V



Idi \* Dó- minum fá- ci- e ad fá- ci- em, et



sál-va fácta est ánima mé- a. *T. P. Alle-*



lú- ia.

Postcommunio.

**P**erpétuam pacem nobis, Dómi- | féssor tuus, \* et puro cernébat in-  
ne, conferant sumpta mysté- | túitu et digno percipiébat afféctu.  
ria : † quae beátus Joánes Con- | Per Dóminum.

## AD SEXTAM.

Capitulum.

1. Joann. 3, 14-15.

**Q**ui non diligit, manet in morte : † omnis qui odit fratrem suum, \* homicida est.

Reliqua de Communi.

## AD NONAM.

Capitulum.

1. Joann. 3, 18.

**F**ilióli mei, † non diligámus verbo neque lingua, \* sed ópere et veritáte.

Reliqua de Communi.

## IN II. VESPERIS.

*Psalmi.* 1. Dixit Dóminus. 1. g. — 2. Confitébor. 2. D. — 3. Beátus vir. 8. G. — 4. Laudáte púeri. 4. E. — 5. Laudáte Dóminum. 3. a<sup>2</sup>.

1. Ant. 1. g.  
**I**N splendó-ribus \* Sanctó-rum excélsum fé-cit


Dómi-nus Jo-ánnem, ét índu-it é-um stó-lam gló-ri-ae.

T. P. Alle-lú-ia. E u o u a e. 2. Ant. 2. D.  
**M** Isé-ri-cors Dó-

minus \* appárens in altá-ri éscam dé-dit timén-†ti se.


T. P. †ti se, Alle-lú-ia. E u o u a e. 3. Ant. 8. G.  
**L** Umen pá-

cis \* órtum est, cum Jo-ánnes dispóneret sermónes sú- os.




4. Ant. 4. E - levávit \* Dó-

*T. P.* Alle-lú-ia. E u o u a e.



minus páupe-rem, ut séde-at cum princí-pibus pópu-li



5. Ant. 3. a 2 L Audáte

sú- i. *T. P.* Alle-lú-ia. E u o u a e.



Dóminum, \* qui in sérvio sú- o confirmávit mi-se-ri-cór-




di-am sú- am. *T. P.* Alle-lú-ia. E u o u a e.

## Capitulum.


1. Joann. 3, 13-14.

**N**olite mirári, fratres, si odít vos | transláti sumus de morte ad vitam, \*  
mundus. † Nos scimus quóniam | quóniam dilígimus fratres.

## Hymn.



4. **D**ive, caeléstis pátri-ae sodá-lis, SíduS et sácræ



rú-ti-lans Erémí, Nómi-nis tánti tí-tu-los ad-ímples,



Sáncte Jo-ánnes. 2. Te có-lunt aégri, Pá-ter álme, coétus,



Inclýtum vó-tis médi-cum sa-lú-tis, Queis procul púlSa

néce, sani-tátem Sédulus af-fers. 3. Páce discórdes ánimos  
 revíncis, Cí-vi-um stríctos gládi-os retúndis, Impro-bos  
 mó-ti pópu-li tumúltus, Ore refráenas. 4. Vórtices sursum  
 pú-te-í tuméscunt, Et pú-er súrgit redi-vívus inde Dum  
 tú-a fúltus préce lúdit ínfans Sósipes in úndis. 5. Vá-tis  
 edócti sté-ri-lis Saréptae Fácta decántant pópu-li; sed  
 íste Frátribus pándens renováta mi-re Vína propí-nat.  
 6. Laus, hónor Pátri, pa-ri-líque ná-to, Fláminí et sáncto  
 décus ómne in aévum, Qui vígens trínus Dé-us únus ídem  
 Régnat in ástris. Amen.

Ÿ. Pósuit fines tuos pácem. (T. P. Allelúia.)

Ź. Et ádipe fruménti sátiat te. (T. P. Allelúia.)

Ad Magnif.

Ant. 8. G

**D**

UM sácrum mysté-ri-um \* cérne-ret Jo-ánes,

áni-ma é-jus exsultá-bat in Dómino, et de-lectabátur

super sa-lu-tá-ri sú- o. T. P. Alle-lú- ia. E u o u a e.

Oratio. Deus, autor pacis. (87).

## 23. B. Petri Jacobi a Pisauro, Conf.

*De Communi Confessoris non Pontificis.*

**Missa.** Jústus. *de eodem 2. loco.*

Oratio.

**D**Eus, qui nos in tantis periculis | beáti Petri Jacóbi Confessoris tui; \*  
constitutos, pro humana scis | ut ea quae pro peccatis nostris pá-  
fragilitate non posse subsistere: † | timur, te adjuvante vincamus. Per  
da, per mérita et intercessionem | Dóminum.

## 25. S. Prosperi Aquitani, Ep. et Conf.

*De Communi Confessoris Pontificis.*

**Missa.** In médio. *de Comm. Doct.*

Oratio.

**E**cclesiam tuam, quaesumus, Dó- | soris tui atque Pontificis \* illustrare  
mine, grátia caeléstis amplifi- | voluisti gloriósis méritis et doctri-  
cet; † quam beáti Prósperi Confes- | nis. Per Dóminum.

## FESTA JULII.

### 3. BB. Petri et Joannis Becchetti, Conf.

*De Comm. plurium Conf. non Pontif.*

**Missa.** Confitéantur tibi. *de eodem ut in fine hujus Proprii.*

## Oratio.

**B**eatórum Petri et Joánnis precibus adjútis, concéde nobis, Dómine Jesu Christe : † ut, in dolóre cordis passiónem tuam et transfusionem Vírginis Matris recoléntes,\* coherédes regni tui efficiámur. Qui vivis.

## Secreta.

**P**ropítius, Dómine, quaésumus, beátis Petro et Joánné, pérofice nos haec dona sanctífica ; et, hóstia spiritali suscepta, intercedéntibus tibi munus aetérnum. Per Dóminum.

## Postcommunio.

**A**djuva, quaésumus, Dómine, creásti ; \* intercedéntibus beátis pópulum tuum : † et quem pretioso córpore et ságuine tuo re- Petro et Joánné, ab hóstium furóre defende : Qui vivis.

## 8. Anniversarium omnium benefactorum defunctorum O. N.

*Missa. Réquiem. ut in Anniversario communi.*

## Oratio.

**D**eus, indulgentiárum Dómine, memorámus, refrigerii sedem, quietis beatitudinem et lúminis claritátem. Per Dóminum.

## 21. BB. Benigni et Cari, Conf.

*De Comm. plurium Conf. non Pontif.*

*Missa. Confiteántur tibi. de eodem ut in fine hujus Proprii.*

## Oratio.

**D**eus, qui humília respicis et alta sunt vere sectári, et alta hujus a longe cognóscis : † concéde mundi ex ánimo despícere. Per Dóminum.

*Secreta. Múnera. et Postcommunio. Súplices. de Comm. 2. loco.*

## 24. B. Antonii Turriani, Conf.

*De Communi Confessoris non Pontificis.*

*Missa. Os jústi. de eodem 1. loco.*

## Oratio.

**A**nimárum nostrárum, quaésumus, virtúte firmátos, fac nos júgiter in mus, Dómine, beáto António via mandatórum tuórum incéde- Confessóre tuo intercedénte, medere ; \* ut ad salútis aetérnae gáudia féliciter perducámur. Per Dóminum.

## 27. B. Luciae Amerinae, Virg.

*De Communi Virginis.***Missa.** Dilexisti. *de eodem 3. loco.*

Oratio.

**D**omine Jesu Christe, qui beatam | cede propitius; ut ipsa interce-  
 Luciam Virginem tuam in san- | dente, omnium hostium superatis  
 nandis pueris et daemónibus fu- | insidiis, \* salutem mentis et corpo-  
 gandis mirabilem effecisti: † con- | ris consequamur: Qui vivis.

Secreta.

**R**espice, aetérne Pater, in faciém | de; ut, evulsa zizania per inimicum  
 Ecclesiae tuae: et per mérita | superseminata, in pace et tran-  
 beatae Luciae Virginis tuae, cujus | quilítate tibi soli deserviat. Per Dó-  
 hódie natalítia celebrámus, concé- | minum.

Postcommunio.

**H**aec divini Sacraménti percéptio, | tríbuat nobis, \* ut sóbrie, juste ac  
 Dómine, quaesumus: † beata | pie vivendo, coronam accipiámus  
 Lucia Virgine tua intercedente; | aetérnam. Per Dóminum.

## FESTA AUGUSTI.

## 9. B. Joannis a Reate, Conf.

*De Communi Confessoris non Pontificis.***Missa.** Os jústi. *de eodem 1. loco.*

Oratio.

**F**AC nos, quaesumus, Dómine, | ejus praesidiis muniti, \* aetérnam  
 beáti Joánnis Confessóris exem- | glóriam cónsequi mereámur. Per  
 plo in simplicitate, humilitate et | Dóminum.  
 caritate semper incédere: † ut,

Secreta.

**A**nnue, miséricors Deus, ut beáto | cordis nostri, tua grátia irrigante,  
 Joanne intercedente, hóstias | tibi deferámus. Per Dóminum.  
 placatiónis et laudis in simplicitate

Postcommunio.

**C**aeléstis doni benedictióne per- | sóris de caritate cordis tui semper  
 cépta, supplices deprecámur, | participes effecti, \* in te perpétuo  
 Dómine Jesu Christe: † ut per in- | maneámus: Qui vivis.  
 tercessiónem beáti Joánnis Confes-


## 13. S. Simpliciani, Ep. et Conf.

*De Communi Confessoris Pontificis.*

IN I. VESPERIS.

Ad Magnif.  
Ant. 7. d**E**


Xsúltat in caélo \* be-átus Simpli-ci-á-nus,



qui a juventú-te sú-a devo-tíssime Dé-o ví-xit, et lónga



aetá-te in stúdi-o sectándaе ví-ae Dómini, múlta fú-it




expértus, alle-lú-ia. E u o u a e.

*Oratio.* Deus qui. *ut infra*, (99).

AD LAUDES.

Ad Bened.  
Ant. 6. F**B**

Enedíctus Dómi-nus \* in caélo et in térra,



qui dedísti Simpli-ci-áno, ut lucéret grá-ti-a tú-a,



et bónus apparé-ret sérvus tú-us, alle-lú-ia. E u o u a e.

*Oratio.* Deus qui. *ut infra*.



**Missa.** Státuit. *de Comm. 1. loco, praeter sequentia :*

Oratio.

**D**Eus, qui hodiérnam diem honorabilem nobis in beáti Simpliciáni Confessóris tui, atque Pontificis solemnitate tribuisti : † praesta, quaesumus; ut, de cujus ánnua celebritate exsultámus in terris, \* ejus felici consórtio perfruámur in caelis. Per Dóminum.

Lectio Epistolae beati Pauli Apostoli ad Hebraeos.

*Hebr. 7. 23-27.*

**F**Ratres : Plures facti sunt sacerdotes, idcirco quod morte prohiberéntur permanere : Jesus autem eo quod maneat in aeternum, sempiternum habet sacerdotium. Unde et salvare in perpetuum potest accedentes per semetipsum ad Deum : semper vivens ad interpellandum pro nobis. Talis enim decébat, ut nobis esset pónitífex, sanctus, innocens, impollútus, segregátus a peccatóribus, et excelsior caelis factus : qui non habet necessitatem quotidie, quemádmódum sacerdotes, prius pro suis delictis hostias offerre, deinde pro populi : hoc enim fecit semel, seipsum offerendo, Jesus Christus, Dóminus noster.

*Evangelium.* Sint lumbi. *e Missa Os jústi. de Comm. non Pent. 1. loco.*

Secreta.

**S**acrificia, Dómine, quae in honorem sancti Simpliciáni Confessóris tui atque Pontificis, tuae offerimus majestati, nobis sint ad salutem efficacía et tuae plácita pietati. Per Dóminum.

Postcommunio.

**Q**uaesumus, omnipotens Deus : † ut, qui caeléstia aliménta percépimus; \* intercedente beáto Simpliciáno Confessóre tuo atque Pontífice, per haec contra ómnia adversa muniámur. Per Dóminum.

**In II. Vesperis.** *Ad Magnificat Ant.* Exsultat. *ut in I. Vesperis, (98).*

## 14. B. Julianae a Busto Arsitio, Virg.

*De Communi Virginis.*

**Missa.** Dilexisti. *de eodem 3. loco.*

Oratio.

**D**Eus, qui in dilécto Filio tuo eximium humano géneri obedientiae exemplum praebuisti : † concéde nobis, quaesumus, intercedente beáta Juliána Virgine tua; \* ut, quae a te jussa cognóvimus, implére caelésti inspiratióne valeámus. Per Dóminum.

17.

In Festivitate


S. Clarae a Cruce de Montefalco, Virg.

*Omnia de Comm. Virg. praeter ea quae hic habentur propria.*

In II. Vesperis praecedentis Festi S. Joachim Conf. fit Commemoratio sequentis :

Ant.  
4. E

**V** Ení-te, \* audí-te, et narrábo, ómnes qui timé-tis



Dé-um,quánta fé-cit Dóminus á-nimae mé-ae. E u o u a e.

Ÿ. Ora pro nóbis, beáta Clára.

Ŕ. Ut digni efficiámur promissionibus Christi.

Oratio ut infra, (104).

Sicubi tamen habeat I. Vesperas integras, omnia dicuntur ut in II. Vesperis praeter Ant. ad Magnificat Venite ut supra.

### AD LAUDES ET PER HORAS.


*Psalmi.* 1. Dóminus regnávít. 2. D. — 2. Jubiláte. 7. a. — 3. Déus, Déus méus. 3. a. — 4. *Cánt.* Benedicite. 4. A\*. — 5. Laudáte Dóminum de caélis. 8. G.

*Ad Vesperas.* *Psalmi.* 1. Dixit Dóminus. 2. D. — 2. Laudáte púeri. 7. a. — 3. Laetátus sum. 3. a. — 4. Nisi Dóminus. 4. A\*. — 5. Láuda Jerúsalem. 8. G.

1. Ant.

2. D

**D** I-léctus mé-us míhi, \* et égo íl-li, qui pásci-




tur inter lí-li-a. E u o u a e.


2. Ant.

7. a


**E** N di-léctus




mé-us \* lóquitur mí-hi: súrge, própera, amí-ca mé-a,



co-lúmba mé-a, in foramínibus pétrae. E u o u a e.



**I**ntrodúxit me Rex \* in cellá-ri-a sú-a, ordi-




návit in me ca-ri-tá-tem : exsultábimus et lae-tábimur.



E u o u a e.

**F** Ascícu-lus mýrrhae \* di-léctus




mé-us míhi, inter úbera mé-a commorábi-tur.



E u o u a e.

**R** Eplé-vit me \* ama-ri-túdine, ine-




bri-ávit me absýnthi-o. E u o u a e.

Capitulum.

Cant. 8, 6.


**P**one me ut signáculum super | aemulatio : \* lámpades ejus lámpa-  
cor tuum : † quia fortis est ut | des ignis atque flammárum.  
mors diléctio, dura sicut inférnus |




**C** Orde quem nútrit mí-nime feréndo Clára par ígni



thá-lamos supérni Díscupit spónsi, ními-um et morántem



Próvocat hó-ram. 2. Aégra cum lánguet, síbi adesse ví-sus,




Caé litum túrma comi-tánte, Christus, Et renidéntis




recre-áre féssam Lúmine vúltus. 3. Súрге, jam Chrísti



sóror atque spónsa; Núpti-as tandem ce-lebráre témpus :



Súрге; jam caéli tí-bi párta régna Témpus adí-re.



4. Núnci-um tótas súbit hoc medúllas Atque compáges




ánimi resolvit; Spí-ri-tus líber vó-lat ad be-átae gáudi-a




sé-dis. 5. Régi-os Agni thálamos peténtem Grátu-lans ám-



bit súperum coróna Et décus spónsi cánit, et paráta



Múnera spónsae. 6. Vírginum spónsum, Superúmque Régem,



Vírginum sánctus chórus usque láudet; Laus sit et Pátri,



pa-ri-térque Sáncto Fláminí in aévum. Amen.

℣. Ora pro nóbis, beáta Clára.

℞. Ut digni efficiámur promissionibus Christi.

Ad Bened.


Ant. 8. G

**H**


Odi-e \* Clára be-a-tíssima ví-dit di-vínium



Spónsum reve-lá-ta fáci-e; é-i nox ultra non é-rit, quó-



ni-am Dóminus illuminávit íllam in saécula saecu-ló-



rum, alle-lú-ia. E u o u a e.

*Oratio.* Deus, qui sanctam. (104).


AD TERTIAM.

*Capitulum.* Pone me. (101).


℣. br.

**F**

Ortis est \* Ut mors di-lécti-o. ℣. Dúra sicut infér-



nus aemu-láti-o. Gló-ri-a Pátri, et Fí-li-o, et Spi-rí-



tu-i Sáncto.

℣. Defécit in dolóre víta méa.

℞. Et ánni méi in gemítibus.

*Oratio ut infra,* (104).

## AD MISSAM.

Intr.

4.

V

I-vo au- tem, \* jam non é- go : ví-vit ve- ro

in me Chrí- stus, qui di- lé- xit me, et trá- di- dit semet-

í- psum pro me. *Ps.* E- ructávit cor mé- um vérbum bó-

num : \* dí- co égo ópe- ra mé- a Ré- gi. Gló- ri- a Pátri.

E u o u a e.

Oratio.

**D**Eus, qui sanctam Virginem tuam Claram clarificans, in ipsius corpore Passiónis tuae et Trinitátis mystéria mirificis signis renovásti : † praesta, quaesumus, ejus précibus et imitatione; \* sic

nos Tuae Passiónis amaritudinem recordári, ut Trinitátis beatitudine pérfrui mereámur : qui cum Patre et Spirítu Sancto in Trinitate vivis et regnas Deus.

Lectio libri Sapientiae. *Cant. 8, 6-7.*

**P**one me ut signáculum super bráchium tuum : quia fortis est ut mors diléctio : dura sicut inférnus aemulatio, lámpades ejus, lámpades ignis atque flammárum. Aquae

multae non potuerunt exstinguere caritatem, nec flúmina óbruent illam : si déderit homo omnem substántiam domus suae pro dilectió- ne, quasi nihil despiciet eam.




Grad.

4.

M

I- hi au- tem \* áb- sit glo- ri- á- ri,

ni- si in crú- ce Dómi- ni nó-



6.

**A**

L-le-lú-ia. \* ij.

V. Jé- sus Chrí-stus



*In Missis votivis post Septuagesimam, omissis Allelúia et Versu sequenti dicitur :*


Traet.

2.


**Q**

Uid mí- hi est \* in caé- lo?


et a




te quid vó-lu- i - super térram? V. De-fé-




cit cáro mé- a, et cor mé- um :




Dé- us córdis mé- i, et pars mé- a Dé- us in ae-



tér-num. V. Mí- hi autem adhaeré- re Dé- o bó- num




est, pónere in Dómi- no Dé- o



spem mé- am : ut annúnti- em ómnes



praedi- ca- ti- ónes tú- as, in pórtis fí- li- ae





\* Sí- on.

*Tempore Paschali omittitur Graduale, et ejus loco dicitur :*

3.

**A**

Lle- lú- ia. \* ij.




V. Exsultá- vit cor mé- um in Dó- mi-



no, et exaltá- tum est córnu mé- um in






Dé- o mé- o: di-la-tá- tum est os mé-



um super inimí- cos mé- os: qui-a lae- tá-




ta sum in sa-lu-tá-ri \* tú- o.




2.

**A**



L-le-lú-ia. \* V. Ví-ta mé- a



abscón- di-ta est cum Chrí- sto \* in




Dé- o.

*Evangelium. Simile erit regnum caelorum decem virginibus. ex Missa Dilexisti. de Comm. Virginum 3. loco.*

Offert.

4.


**C**



Oncu-piscit, \* et dé-fi-cit ánima mé-a



in átri- a Dó- mini: cor mé- um et cáro



mé- a exsulta- vé- runt in Dé- um  
ví- vum.

Secreta.

**O** Blátis, quaesumus, Dómine, pla- in corde beátae Clarae expressam  
cáre munéribus, et respice in venerámur : Qui tecum.  
fáciem Christi tui; cujus imáginem

Comm. 6.



**P** Raeveni-sti é- am, \* Dó- mine, in benedi-  
cti-ó- ni- bus dulcé- dinis : posu- í- sti in cá- pi- te  
é- jus co- ró- nam de lápi- de pre- ti- ó- so.

Postcommunio.

**O** Mnípotens sempitérne Deus, qui, ria renovásti : † concéde propítius; \*  
frigescénte mundo, ad corda ut ejus précibus et méritis dignos  
nostra inflammánda, in corde san- fructus poeniténtiae faciámus : Qui  
ctae Clarae Passiónis tuae mysté- vivis.

AD SEXTAM.

Capitulum.

*Hebr. 4, 12.*

**V**ivus est sermo Dei et éfficax, † ancípi- ti, \* et pertíngens usque ad  
et penetrabílior omni gládio | divisiónem ánimae et spíritus.

Ry. br.



**D** Efé- cit in doló- re \* Ví- ta mé- a. V. Et ánni  
mé- i in gemí- tibus. Gló- ri- a Pátri.

Ÿ. Fasciculus myrrhae dilectus meus mihi.


℞. Inter ubera mea commorabitur.

Capitulum.


AD NONAM.

Gal. 6, 17.

**M**ihi autem absit gloriari † nisi | Christi, \* per quem mihi mundus  
in cruce Domini nostri Jesu | crucifixus est, et ego mundo.



**F**asciculus myrrhae \* Di-lectus me- us mi-hi.



Ÿ. Inter ubera me- a commorabi-tur. Gló-ri- a Pátri.

Ÿ. Defecit caro mea et cor meum.

℞. Deus cordis mei, pars mea Deus, in aeternum.


IN II. VESPERIS.

*Antiphonae de Laudibus, (99).*


Capitulum.

Cant. 8, 6.

**P**one me ut signaculum super | aemulatio : \* lampades ejus, lám-  
cor tuum : † quia fortis est ut | padas ignis atque flammárum.  
mors dilectio, dura sicut inférnus |




**D**ilecta Clara Númini Sponsóque júcta Vírginum,




Da nupti-á-lis pánge-re Sánctos amóres foéderis. 2. Pu-él-




la necdum núbi-lis, Ad sácta cláustra cónvolas, Spre-tís-



que mún-di illécebris, Chrístum requí-ris úni-ce. 3. Candéntis



instar lí-li-i, Odóre múlces síde-ra, Et viriná-li Caé-




li-tum Régem ní-tóre pértrahis. 4. Amóre, qui te vúlnerat



Amóre, Christum dé-tines, Et tánti amó-ris accí-pis




Inscúlpta córdi mú-nera. 5. O singu-lá-ris cá-ri-tas, O vis




amó-ris íncl-y-ti! Ví-vit túo ille córpo-re, Tu ví-vis é-jus



spí-ri-tu. 6. Te, spónse, Jé-su vírginum, Be-á-ta láudent ág-



mina, Cum Pátre, et álmo Spí-ri-tu, Nunc et per ómne



saéculum. Amen.

Y. Ora pro nóbis, beáta Clára.

R. Ut digni efficiámur promissionibus Christi.

Ad Magnif.


Ant. 7. a

**L**

Aetá-re, \* Spón-sa Christi prudentíssima, in-



venísti quem dí-li-git á-ni-ma tú-a, tenu-ísti é-um, nec



dimíttis in aetérnum. È u o u a c.

